

WIENER

Entomologische Monatschrift.

Redaction und Expedition:

In Commission bei

Landstrasse, Gärtnergasse Nr. 45.

Carl Gerold's Sohn, Stadt Nr. 625.

Nr. 2.

VI. Band.

Februar 1862.

Observationes de Lepidopteris nonnullis Chinae centralis et Japoniae,

communicatae a C. et R. Felder.

(Schluss.)

Fam. Limacodidae.

Arctiolepsis Nob. (Arctia — βλέπω, appareo.)

Antennae Palpi Lingua mediocris. Alae elongatae, anticae cellula discoidali costae dimidium vix aequante, vena subcostali quinquerramosa, ramo primo et secundo ante cellulae extimum orientibus, tertio et quarto e trunco longo communi a quinto longe post cellulae extimum emissis, vena discocellulari valde angulata, ramo mediano primo ante alae medium oriente. Alae posticae ramis duobus subcostalibus e petiolo brevi post cellulae extimum egredientibus, parte basali primoris venae costali valde approximata, vena discocellulari valde angulata, vena discoidali longe infra angulum hunc oriente, ramo mediano tertio valde approximata. Pedes longi, graciles, adpresse squamato-pilosi, posticorum tibiae calcaribus quatuor longis, inaequalibus munitae. Abdomen gracile, alas posticas paullum superans.

Inter omnia genera familiae nobis cognita cum sola *Scopelode* Westw. aliquam habet affinitatem nostrum. Caput, thorax, forma alarum et venae medianae alarum posticarum ejus eadem sunt, ut in genere memorato.

40. *Arctiolepsis rubida* Nob.

Alis carneo-rubris, anticis dilutioribus, nigro venatis.

Unicum specimen valde mutilatum in montibus provinciae Tse-kiang prope Ning-po captum est. Plus quam triente minus est, quam *Scopelodes unicolor* Westw. et faciem omnino habet *Lithosiidarum* quarundam (v. c. *Cymes*, *Bizones* etc.).

Fam. Saturniidae.

41. *Attacus Walkeri* Nob.

A. Cynthia var. β Walk. List of the Lep. Ins. of B. M. V, p. 1224.

Alis cervinis, striga communi discali alba, haud undulata, medio distincte angulata, intus atro-, extus rubrescenti cincta, anticis fascia basali angulata alba, nigro marginata, singulis lunula discali hyalina, nigro et inferius luteo limbata (in ♀ na multo latiore), anticarum ad apicem tantum strigam pertingente.

Marem et feminam ex montibus prope Ning-po ante oculos habemus.

Medium quasi tenet geographica haec subspecies inter *A. Cynthia* Cram. Chinae meridionalis et *A. Arrindiam* Milne Edw. (= *Ricini* Bois., *Lunula* Walk.) Indiae septentrionalis. Hujus colorem, illius staturam habet. Ab *A. Cynthia*, cui similior, forma lunularum et strigarum margineque dilute cervino multo latiore praesertim differt.

42. *Antheraca Pernyi* Guér.

Duos mares et unam feminam Rev. Dr. Muirhead prope Shang-hae collegit. Minime varietas *A. Paphiae* Lin. est, ut cel. Walker l. c. p. 1248 supposuit. Affinior potius est *A. Assamensi* Helf., sed ocellorum forma aliena. Ab utraque, sicut et ab *A. Rumphii* Feld. amboincensi et *A. Semperi* Feld. manilensi, striga exterior paginae superioris recta integerrima maculisque externis paginae inferioris obscure purpureis differt. Statura omnium speciminum minima.

Femina minor est quam mas (a cel. Guérin figuratus). pallidius colorata, ocellis minoribus et striga latiore ornata.

43. *Actias Selene* Hübn. var. *ningpoana* Nob.

A speciminibus Indiae septentrionalis et Chinae australis duo mares, quos Reverendus Dom. Muirhead ex montibus Ningpoensibus benigne misit, ocellis minoribus, strigis externis vix conspicuis spatiorumque anali lilacino alarum posticarum omnino absente discrepant.

44. *Sericaria Mori* Lin.

Haud rara videtur circa Ning-po.

Fam. Lasiocampidae.

Medium quasi ista obtinet familia inter *Saturniidas* et *Bombycidas*. Ab iis vena costali alarum posticarum venae subcostali sat approximata, ab his vena earum discoidali a ramo mediano ultimo valde remota facile differt.

Complectitur genera: *Lasiocampa* Herr.-Schäff., Led., quod genus hucusque ad *Bombycidas* numerabatur, *Dreata* Walk., *Jana* Herr.-Schäff., *Tagora* Walk., quae cel. Walker in *Liparidas*,

cel. autem Horsfield in *Arctiidarum* familiam locavit, *Apha* Walk., *Ganisa* Walk. apud *Drepanulidas* descripta, a cel. Moore in *Arctiidas* translata et *Striphnopteryx* Wallengr. Sagacissimus ipse Wallengren, qui propriam condidit familiam in *Bombycem edulem* Boisd., genus suum *Festram* (*Chalepterygem* Gray), sicut et *Darala* Walk., facie persimile, propter venae discoidalis autem inferioris alarum anticarum originem et retinaculi praesentiam ad *Arctiidas* pertinentem, in eam locavit.

45. *Brahmaea*? *undulata* (Brem.)

Saturnia undulata Bremer, Beitr. zur Ins. Fauna des nördl. China's p. 16.

Brahmaea undulata Ménétr. in Schrenck's Reisen im Amurlande. II. Lief. 1. p. 55.

Unicum nostrum masculinum specimen eximiae hujus Bombycis prope Ning-po collectum est et magnitudinem *Saturniae Pyri* Lin. longe excedit.

Secundum venarum distributionem proximae affines speciei nostrae sunt *Lasiocampa Dumeti* Lin. et *Taraxaci* Wien. Verz.

Alarum anticarum ramus secundus et tertius subcostalis in *S. undulata* e trunco longo communi post cellulae extimum oriuntur et vena discoidalis alarum posticarum longe supra angulum venae discocellularis exit. Quum *Brahmaeam Certhiam* Fabr. ex sola descriptione Walkeriana noscamus, valde dubitamus, chinensis nostra species num vere congenera sit. Cel. Walker enim in diagnosi generica (List of Lep. Ins. of B. M. VI. p. 1215) dicit: „tibiae posticae calcaribus duobus apicalibus mediocriter longis“; nostra species vero calcaria quatuor sat longa apud tibias posticas gerit. Vel hoc minime certum habemus, an Walkerianum genus vere ad *Lasiocampidas* pertineat!

Fam. Bombycidae.

46. *Gastropacha quercifolia* Lin. var. *cerridifolia* Nob.

Differt a nostra specimen ex montibus prope Ning-po allatum alis levius dentatis, strigis paginae superioris obsoletis stiigaeque paginae inferioris nigra omnino absente.

47. *Eutricha punctata* (Walk.)

♀ *Oeona punctata* Walk. List of Lep. Ins. of B. M. VI. p. 1418.

Copiose nascitur in montibus provinciae Tse-kiang prope Ning-po. Cel. Walker l. c. feminam solam describit et haud intelligi potest, cur speciem a *Lebedis* suis (= *Eutricha* Steph. nobis) vel ab *Odenestide* sua separavit. Similes sunt (*Eutricha ferruginea* ♂ *Lebeda* ferr. Walk.

♀ *Odenestis amplia* Walk. ♂ ♀ *Lebeda ferruginea* Moore in

Horsfield Catalog. of Lep. Ins. of the Mus. of E. J. C. II. p. 422)
et (*Gastropacha*) *Deruna* Moore l. c. pl. XII. A. fig. 6. A priori
jam statura multo minore differt.

Proxima ejus affinis est *E. Pini* Lin. nostra, cujus forte vicaria.
Mas minor est et ferrugineo coloratus, ut *L. ferruginea* Walk. ♂

Fam. Arctiidae.

48. *Artaxa varians* Walk.?

Haud raro occurrit circa Ning-po. Specimina ista nullas signaturas albas
in alis anticis habent, ut cel. Walker in descriptione sua indicat.

49. *Aloa leucothorax* Nob.

Alis albis, anticis punctis duobus internis nigris, palpis, pectore,
femoribus anterioribus abdomineque supra rubentibus, hoc serie
macularum dorsalium binisque lateralium nigris, thorace albo,
immaculato.

Unicum specimen prope Ning-po captum in collectione nostra ser-
vamus. Magnitudo fere *A. lactineae* Cram. *Dionychopus* (*Aloa*)
niveus Ménétr. amurensis proprium genus constituit valde diversum.

50. *Lithosia plumbeola* Hübn.

Haud differt specimen nostrum in montibus Ningpoanis natum ab
europaeis.

51. *Lithosia caniola* Hübn.

Feminam sat magnam ex dicta regione ante oculos habemus.

52. *Lithosia insolita* Walk.

Sat rara videtur circa Ning-po species ista robustitate corporis et
alarum inter omnes congeneres insignis.

53. *Cyme**) *chinensis* Nob.

Alis pallide carneo-rubris, supra anticarum costa ciliisque, posticarum
striga marginali nigrescentibus, anticis strigis duabus decussatis,
puncto discali strigaque exteriore strias longitudinales emittente,
obscura cinereis, posticis striis nonnullis concoloribus apud venas,
corpore omnino carneo-rubescente. ♂ ♀

Ning-po. — Triente major quam *C. reticulata* Feld. amboinensis,
cui affinis.

*) Conf. Sitzungsber. der k. k. Akademie der Wissenschaft. 1861. Lep.
Amboin. II. Nr. 83—85.

54. *Bizone hamata* Walk.

Femina e montibus provinciae Tse-Kiang a ♂re differt strigis distinctioribus, macula concolore pone strigam primam absente, puncto tantum uno nigro et colore magis albescente.

55. *Syntomis germana* Nob.

Alis nigricantibus, anticarum maculis quinque grossis, posticarum plaga interna hyalinis, anticis puncto basali ochraceo, fronte, thoracis dorso cingulisque abdominis ochraceis, scapulis fuscis. ♂

Tria specimina prope Ning-po capta sunt. *S. Thelebo* Fabr. Ménétr. amurensi valde affinis est haec species, differt tamen statura minore cingulisque abdominis angustioribus, ochraceis.

56. *Syntomis Muirheadii* Nob.

Alis anticis nigricantibus, maculis tribus vittaeformibus aliisque quatuor pone discum hyalinis, posticis, margine costali et externo exceptis, hyalinis, fronte scapulisque luteis, cingulis abdominalibus ochraceis. ♂ ♀

Regiones montanas circa Ning-po incolit ista, *S. diaphanae* Kollar affinis. Mas maculas hyalinas exteriores alarum anticarum aliter habet ordinatas, quam femina. In eo macula prima inter venam subcostalem et discoidalem superiorem jacet, in femina inter ramos ultimos subcostales. Macula supra rami mediani primi basin minuta est, in femina autem vittaeformis.

Fam. Notodontidae.

57. *Phalaera ningpoana* Nob.

Alis brunneo-canis, anticis argenteo-atomatis, strigis nonnullis nigris, macula discali parva plagaque ordinaria apicis sinuata alba, capite prothoraceque ochraceis, abdomine supra fulvescente, subtus albido. ♂

Ning-po. — *Ph. Bucephalae* Lin. nostra est affinis, sed plaga alba apicalis alarum anticarum fere ut in *Ph. javana* Moore formata recedit.

Fam. Noctuidae.

***Scolopcneme* Nob. (σκόλοψ, spina, νύκτωρ, tibia.)**

Affinis *Bryophilae* Treitschke et *Galleriomorphae* Nob.*), sed ab

*) Genus hoc in collectione nostra conditum a *Bryophilis* differt habitu multo robustiore, palpis recte prominentibus, minime ascendentibus articuloque

utraque differt tibiis posticis setis spinalibus dense munitis, a prior insuper habitu robusto, ab hac palpis ascendentibus.

58. *Scolopocneme bufonia* Nob.

Alis utrinque griseis, anticis strigis plurimis obsoletis undulatis liturisque costalibus nigris, maculis ordinariis atris, linearibus, subtus singulis litura discali strigisque duabus exterioribus flexuosis fuscis. ♀

Ning-po. (Unica). — *Galleriomorphae lichenoidi* Nietn. valde similis est sordida haec species, at plus quam dimidio major. Palpi arrecti sunt, distinctissime articulati, articulus primus capitis verticem haud attingit. tertius fere aequilongus est et nudus.

59. *Acontia biplaga* Walk.

Unum marem recepimus hujus venustae speciei. Affinis ejus videtur *Anthoecia? sigillata* Ménétr. in v. Schrenck's Amurland. Bd. II. Liefg. 1. tab. V. fig. 3.

Orthogonia Nob. (ὀρθὸς, rectus, γῶγος, angulus.)

A *Mania* Treitschke et *Naenia* Steph. crista dorsali thoracis vix conspicua, alis anticis apud ramum tertium venae medianae angulatis, palporumque articulo secundo longiore recedit. Propter absentiam setarum spinalium in tibiis posterioribus priori magis affinis videtur, quam *Naeniae*.

60. *Orthogonia Sera* Nob. *Novara Taf. CXII, fig. 16.*

Alis anticis cinerascentibus, nigro parum variegatis, fascia basali alteraque exteriore diffusa canis, linea discali obsoleta recta nigricante, posticis fusciscentibus, unicoloribus; omnibus subtus uniformiter brunneis, ciliis alarum posticarum albidis. ♀

Paullo minor, quam *Mania Maura* Lin., cui facies nostrae similis. Duae feminae ex Ning-po nobiscum communicatae sunt.

61. *Spirama retorta* Lin.

Masculina nostra specimina in montibus provinciae Tse-Kiang nata ab indicis et javanis, nisi statura minore, non recedunt.

secundo eorum caput duplo superante. Tibiae posticae setis spinalibus omnino carent. Species unica, *G. lichenoides* Nob. Nietner Observat. on the Enemies of the Caffee tree p. 23 a cel. Nietner in montibus ceylanicis prope Rambodde copiose et in multis aberrationibus capta est. *Bryophila semipars* Walk., List of Lep. Ins. of B. ch. XV. p. 1647 forte hic pertinet.

Fam. Geometridae.

62. *Rhyparia jaguararia* Guen.

Copiose volat in montosis circa Ning-po. Differunt haecce specimina ab iis antea ex Shang-hae receptis maculis nigris parum minoribus et minus saturate coloratis.

63. *Rhyparia grandaria* Nob. *Novae Ins. CXXXI, 28.*

Alis albis, maculis variis discalibus et marginalibus cano-brunneis, posticis maculis exterioribus punctiformibus seriatis concoloribus, thorace et abdomine pallide fulvescentibus, cano-fusco maculatis. ♀

Feminam unicam hujus egregiae speciei nobis Rev. Dom. Muirhead ex montibus Ningpoanis misit. Praecedente plus quam triente major est et vena discocellulari inferiore alarum anticarum multo magis obliqua bene distincta.

64. *Abraxas leopardinata* Kollar.

Omnino cum speciminibus indicis et ceylanicis conveniunt nostra prope Ning-po lecta.

65. *Abraxas compositata* Guen.?

Haud omnino in nostrum specimen masculinum in montibus urbi Ning-po vicinis captum descriptio cel. Guenéei quadrat. Ommittimus „la tache noire à l'angle interne“ in alis anticis et pagina inferior praeter maculam rotundam discalem fascias tantum continuas ostendit. Alae posticae nostri perpulchri speciminis in pagina etiam superiore maculam gerunt cellularem.

66. *Abraxas hemionata* Guen.

Specimina circa Ning-po collecta omnino cum iis ex Shang-hae missis congruunt. Mares tantum cognoscimus rarae hujus speciei.

67. *Abraxas interruptaria* Nob. *Novae Ins. CXXXI, 29.*

Alis nigris, maculis quinque strigulaque subapicali anticarum, macula basali, fasciis duabus discalibus abbreviatis tertiaque exterior flexuosa posticarum albis, abdomine longo, nigrescente, pallide fulvo annulato. ♂ *(A. C.)*

Haud raro provenire videtur in montibus provinciae Tse-Kiang. — *A Eurypylae* (Ménétr.) amurensi affinis est, at triente major.

68. *Abraxas Stratonice* Cram. *1398 J. K.*

Cystidia Stratonice Walk. List of Lep. Ins. of B. M. II. *Lithosiidae* p. 342 (secundum Crameri figuram).

Eusemia (?) *Stratonice* Ménétr. in v. Schrenck's Amurland Bd. II.

Liefg. I. p. 47. Motschulsky, Etudes entom. IX. p. 30.

Haud differt nostrum specimen in montibus prope Ning-po natum a japonico, quod ex Museo Leydensi recepimus.

Fam. Siculidae.

69. *Siculodes strigatula* Nob. *Novara* t. CXXXIV/9 1874

Tota argenteo-albida, alis supra undulate fusco strigosis, subtus anticarum venis erythrinis, his maculis nonnullis grossis diffusis obscure carneis, posticis strigis undulatis rubescentibus. ♂

Ning-po. — Magnitudo *S. perlulae* Gué.

Fam. Tineidae.

70. *Hyponomeuta polystigmellus* Nob. *Novara* t. CXXXIX/14 1875

Alis anticis supra margaritaceo-albis, punctis circiter sexaginta atris distinctis, posticis obscure canis, ciliis marginis apicalis albis, omnibus subtus obscure cano-fuscis, antennis, capite, thorace, ventre, pedibusque margaritaceo-albis, punctis duobus scapularibus totidemque dorsalibus thoracis atris. ♂

Copiose volat prope Ning-po. — *H. Padi* Zell. valde affinis est, sed punctis alarum anticarum magis numerosis et majoribus, ciliis brevioribus iisque posticarum usque ad ramum secundum venae medianae argenteis confundi nequit.

Beiträge

zu einer

Kritik der von Fieber in den Jahren 1858 bis 1861 veröffentlichten Schriften über Rhynchoten (Heteropteren)

von

Dr. Gustav Flor.

Dorpat in Livland.

(Schluss.)

XXX. Familie Macropeltidae.

P. 26 Nr. 33, „Membranrippen von einer quer an dem Membran-
grunde aus dem Innenwinkel entspringenden Rippe ablaufend.“

Aus dem Innenwinkel der Membran entspringen bei *Acanthosoma*,
Pentatoma mehrere Rippen (3—4), wie es scheint ganz unabhängig

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Monatsschrift](#)

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: [6](#)

Autor(en)/Author(s): Felder Cajetan Freiherr von

Artikel/Article: [Observationes de Lepidopteris nonnullis Chinae centralis et Japoniae. 33-40](#)